

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | **95**

Tijdvak 2
Dinsdag 20 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 — 1 Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex isdem seminibus ortum eodem
2 — 2 frui caelo, aequae sperare, aequae vivere, aequae mori! tam tu illum videre ingenuum potes
3 — 3 quam ille te servum. Variana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam
4 — 4 auspicantes gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casae
5 — 5 fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem in quam transire dum contemnis potes.

2 — 6 Nolo in ingentem me locum inmittere et de usu servorum disputare, in quos
7 — 7 superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa
8 — 8 est: sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in
9 — 9 mentem venerit quantum tibi in servum tuum liceat, veniat in mentem tantundem in te
10 — 10 domino tuo licere. „At ego” inquit „nullum habeo dominum.” Bona aetas est: forsitan
11 — 11 habebis. Nescis qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua
12 — 12 Platon, qua Diogenes? Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum
13 — 13 admitte et in consilium et in convictum. Hoc loco adclamabit mihi tota manus
14 — 14 delicatorum „nihil hac re humilius, nihil turpius”. Hos ego eosdem deprehendam
15 — 15 alienorum servorum osculantes manum.

3 — 16 Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem
17 — 17 contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem familiae appellaverunt, servos, quod
18 — 18 etiam in mimis adhuc durat, familiares; instituerunt diem festum, non quo solo cum
19 — 19 servis domini vescerentur, sed quo utique; honores illis in domo gerere, ius dicere
20 — 20 permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt. „Quid ergo? omnes
21 — 21 servos admovebo mensae meae?” Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me
22 — 22 quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum.
23 — 23 Non ministeriis illos aestimabo sed moribus; sibi quisque dat mores, ministeria casus
24 — 24 adsignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint; si quid enim in illis ex
25 — 25 sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet.

4 — 26 Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter
27 — 27 attenderis, et domi invenes. Saepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire.
28 — 28 Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit sed stratum eius ac
29 — 29 frenos, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione, quae vestis modo
30 — 30 nobis circumdata est, aestimat. „Servus est.” Sed fortasse liber animo. „Servus est.” Hoc
31 — 31 illi nocebit? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni,
32 — 32 omnes spei, omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem, dabo ancillulae
33 — 33 divitem, ostendam nobilestimos iuvenes mancipia pantomimorum: nulla servitus turpior
34 — 34 est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quominus servis tuis
35 — 35 hilarem te praestes et non superbe superiorem: colant potius te quam timeant.

5 — 36 Dicet aliquis nunc me vocare ad pilleum servos et dominos de fastigio suo deicere,
37 — 37 quod dixi: „colant potius dominum quam timeant”. „Ita” inquit „prorsus? colant
38 — 38 tamquam clientes, tamquam salutatores?” Hoc qui dixerit obliviscetur id dominis parum
39 — 39 non esse quod deo sat est. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri.
40 — 40 Rectissime ergo facere te iudico quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum
41 — 41 castigatione uteris: verberibus muta admonentur. Non quidquid nos offendit, et laedit;
42 — 42 sed ad rabiem cogunt pervenire deliciae, ut quidquid non ex voluntate respondit iram
43 — 43 evocet. Regum nobis induimus animos; nam illi quoque obliti et suarum virium et
44 — 44 inbecillitatis alienae sic excandescunt, sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint, a cuius rei
45 — 45 periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed
46 — 46 occasionem nocendi captant querendo; acceperunt iniuriam ut facerent.

Seneca, *Ad Lucilium Epistula 47, 10–20*

Tekst 2

1 — 1 In homine quid est optimum? ratio: hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio
2 — 2 ergo perfecta proprium bonum est, cetera illi cum animalibus satisque communia sunt.
3 — 3 Valet: et leones. Formonsus est: et pavones. Velox est: et equi. Non dico, in his omnibus

4 vincitur; non quaero quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet: et
5 arbores. Habet impetum ac motum voluntarium: et bestiae et vermes. Habet vocem: sed
6 quanto clariorem canes, acutiorem aquilae, graviorem tauri, dulciorem mobilioremque
7 luscini?

2 8 Quid est in homine proprium? ratio; haec recta et consummata felicitatem hominis
9 implevit. Ergo si omnis res, cum bonum suum perfecit, laudabilis est et ad finem naturae
10 suae pervenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit laudabilis est et
11 finem naturae suae tetigit. Haec ratio perfecta virtus vocatur eademque honestum est.

3 12 Id itaque unum bonum est in homine quod unum hominis est; nunc enim non
13 quaerimus quid sit bonum, sed quid sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis
14 quam ratio, haec erit unum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis
15 malus, puto improbabitur; si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine primum
16 solumque est quo et probatur et improbatur.

4 17 Non dubitas an hoc sit bonum; dubitas an solum bonum sit. Si quis omnia alia
18 habeat, valetudinem, divitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso
19 sit, improbabis illum; item si quis nihil quidem eorum quae rettuli habeat, deficiatur
20 pecunia, clientium turba, nobilitate et avorum proavorumque serie, sed ex confesso bonus
21 sit, probabis illum. Ergo hoc unum est bonum hominis, quod qui habet, etiam si aliis
22 destituitur, laudandus est, quod qui non habet in omnium aliorum copia damnatur ac
23 reicitur.

Seneca, Ad Lucilium Epistula 76, 9–12

Tekst 3

Uit het *Somnium Scipionis* van Cicero is het volgende citaat afkomstig:

1 Toen hij dit gezegd had, zei ik: „Wel, Africanus, als het waar is, dat voor mensen die het
2 vaderland goede diensten hebben bewezen om zo te zeggen een weg naar de hemelpoort
3 openstaat, zal ik, hoewel ik van jongs af aan, tredend in uw sporen en in die van mijn
4 vader, u beider eer niet verzaakt heb, mij nu met des te meer waakzaamheid inspannen,
5 nu mij zo'n grote beloning in het vooruitzicht is gesteld.” Waarop hij zei: „Ja, span je
6 maar in en besef, dat niet jij sterfelijk bent, maar dit lichaam. Jij bent immers niet degene
7 die zichtbaar is in deze gestalte, maar de ziel van iedere mens, dát is zijn ware ik, niet die
8 gedaante die met de vinger kan worden aangewezen. Weet dus, dat je een god bent, in
9 zover god is wat levenskracht heeft, wat voelt, zich herinnert en vooruitziet, wat dit
10 lichaam, waarover het de leiding heeft gekregen, bestuurt, regelt en beweegt op dezelfde
11 wijze als die hoogste god deze wereld. Zoals de ten dele sterfelijke wereld bewogen wordt
12 door die eeuwige god zelf, zo wordt ook het vergankelijke lichaam bewogen door een
13 onsterfelijke ziel.”

Cicero, Somnium Scipionis, 26
Vertaling H. van Rooyen-Dijkman

Tekst 4

In zijn *Adagia* schrijft Erasmus over de peripatetici:

1 De peripatetici, van wie Aristoteles de vaandeldrager is, zijn van mening dat de emoties,
2 die als het ware de stuwende krachten van de geest zijn, door de natuur gegeven zijn als
3 prikkels waardoor wij worden aangezet tot het gebruik van de deugd.

Tekst 5

Het onderstaande fragment is afkomstig uit „Het verstoorde leven” van Etty Hillesum.

1 De grote hersenpan der mensheid. Het machtige brein der mensheid en het grote hart der
2 mensheid. Alle gedachten, hoe tegenstrijdig ook, komen toch uit dat éne grote brein: het
3 brein der mensheid, der gehele mensheid. Ik voel het aan als één groot geheel en
4 misschien daardoor toch af en toe dat grote gevoel van harmonie en vrede, ondanks het
5 vele tegenstrijdige. Men moet alle gedachten kennen en alle emoties door zich heen
6 hebben voelen gaan, om te weten, wat er allemaal in die onmetelijke hersenpan is
7 uitgebreed en door dat grote hart gegaan.

Tekst 6

In het voorafgaande heeft Seneca aan Lucilius geschreven dat hij niet moet blijven rouwen wanneer er een vriend gestorven is.

1 — 1 Dit schrijf ik jou, ik die over Annaeus Serenus, mij buitengewoon dierbaar, zo
2 — 2 mateloos getreurd heb, dat ik zeer tegen mijn zin een van de voorbeelden ben van
3 — 3 mensen op wie het verdriet een overwinning heeft geboekt.
2 — 4 Hodie autem factum meum damno et intellego maximam mihi causam sic lugendi
5 — 5 fuisse, quod numquam cogitaveram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat:
6 — 6 minorem esse et multo minorem, tamquam ordinem fata servarent.
3 — 7 Itaque assidue cogitemus tam de nostra quam omnium, quos diligimus, mortalitate.
8 — 8 Tunc ego debui dicere: „Minor est Serenus meus. Quid ad rem pertinet? Post me mori
9 — 9 debet, sed ante me potest.” Quia non feci, imparatum subito fortuna percussit.
4 — 10 Nunc cogito omnia et mortalia esse et incerta lege mortalia. Hodie fieri potest,
11 — 11 quicquid umquam potest. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo perventuros, quo
12 — 12 illum pervenisse maeremus. Et fortasse – si modo vera sapientium fama est recipitque nos
13 — 13 locus aliquis – quem putamus periisse, praemissus est.

Seneca, Ad Lucilium Epistula 63, 14–16

regel 5	occurrere + <i>dativus</i> opkomen bij
regel 6	minorem <i>Vul aan eum.</i> minor jonger (<i>ook in regel 8</i>) ordinem servare de volgorde van de leeftijd aanhouden
regel 7	nostra <i>Vul aan mortalitate.</i>
regel 9	imparatum <i>Vul aan me.</i>
regel 10	et ... et niet alleen ... maar ook incerta lege in een volgorde die wij niet kennen
regel 11–12	quo illum pervenisse maeremus waar hij tot ons grote verdriet is aangekomen
regel 12	fama verhaal
regel 13	quem = is, quem

Einde